



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCXCIII. Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg verbindet sich dem
Markgrafen Ludwig von Brandenburg, ihm bis zum nächsten Osterfeste
mit 30 Helmen Beistand zu leisten, am 17. November 1333.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

fur ire beider erben darumb gegeben hat. Vnd darüber ze einer vrkunde geben wir In diesen brief vorfigelten mit vnserm Kayserlichen Insiegel. Der gegeben ist ze Stutgarten, an Sunnentag nach sant Gallentag, da man zalt von Christes geburt dreizehen hundert Jar. Dar nach in dem drei vnd dreissigsten Jar, in dem sechsten des Keiserthumbs.

Cod. dipl. zu Mosers Br. Kneb. Staatsr. S. 455.

DCXCIII. Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg verbindet sich dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg, ihm bis zum nächsten Osterfeste mit 30 Helmen Beistand zu leisten, am 17. November 1333.

Illustri ac magnifico principi Ludouico, marchioni brandenburgensi, auunculo suo karissimo, Dei gracia Otto, dux de brunswig et de Lunenburg, paratissimam ad quelibet beneplacita voluntatem. Magnatibus et principibus, quorum possessiones se contingunt et dominia sunt connexa, ne periculosa dissensio, que iurgia suscitare consueuerat et lites inferre, inter ipsos oriatur, quod ligis et confederationibus singularibus, non obstante eo, si consanguinitatis aut amicitie nexibus primitus sint connexi, colligentur, salubriter credimus conuenire. Sane cum iuuamen et subsidium, quod alter nostrum alteri sue necessitatis et indigentie tempore prestare poterit, mutuum commodum conferat et augmentum, Volumus et decreuimus vobis contra quoslibet, Romano imperio, magnifico principe Ottone duce brunsuicensi, auunculo nostro dilecto, nobilique viro Johanne de wenden seniore dumtaxat exceptis, infra hinc et festum pasce proxime venientis cum XXX^{ta} galeatis vexillum nostrum habentibus, ornate prout decuit expeditis, ad munitionem vestram Sehufin sub nostris dampnis, periculis et expensis presentandis, quibus tamen ulterius eo tempore, quo vobis obsecuti fuerint, in sumptuum necessariis prouideri nolumus, promptius, quandocunque medio tempore nos requisitos habueritis, per mensem continuum obsequi et decentius ea promptitudine, qua congruit, dummodo nobis per mensem ante per vos notificatum fuerit, deseruire. Etiam si necesse fuerit et si vos munitionem aliquam circumvallare vel obsidere contigerit, ex tunc vos si necesse fuerit comitabimus toto posse viribus et virtute, Sic tamen quod nobis et nostris, quam primum ad munitiones vestras deuenimus, necessaria ministrentur. Volentes siquidem profectus et utilitates, si quos vel quas nos aut nostri quocunque casu in rebus aut personarum detentionibus in vestris, vobis exhibendis aut exhibitis perciperent obsequiis, sine participatione vestrorum facienda qualibet, referuare, et dispendia siue dampna, si qua quod absit nobis euenirent, sine refusione qualibet tollerare. Premissa siquidem omnia sub modis et conditionibus prout premititur rata et grata premissis durante tempore tenere volumus, Dummodo id ipsum sub eisdem modis et conditionibus nobis per vos respondeat vice versa. In cuius rei testimonium presentes conscribi sigilloque nostro appenso iussimus communiri. Datum Telle anno domini M^o. CCC^o. XXXIII^o, quarta feria ante Elizabet.

Nach dem Copialbuche des Gef. Rab. Archives I. C. 4. in quarto Bl. 30. — Gerdens Cod. I. 178. 179.